

tio Virginis in Christi infantis obsequium fabricabat.

Ad haec silentio non praeteribo aliam egregiam inter hos sacros sponso similitudinem non longe ab ea diversam, cuius in Canticis meminit sponsa, cum dixit (Cant. 2): *Dilectus meus mihi, et ego illi*: adeo enim ambo se dilexerunt, ut ad invicem ornamentum, et corona alter alterius facti fuerant. Mariam quidem aureum diadema, gloriosamque Iosephi coronam extitisse satis utique probant verba Proverbiorum (c. 12): *Mulier diligens, corona est viro suo*: e contra vero Iosephum, splendendam coronam, pretiosumque ornamentum Virgini fuisse, non obscure indicant verba illa, quae prudenter protulit xor sapientis Philonis, quae dum in coetu plurimum foeminarum adesset, ab eis interrogata, cur non instar reliquorum, aureis monilibus, ac pretiosis vestibus accessisset ornata, respondit sapienter: *Satis uxori magnus ornatus viri sui virtus*: ex quo sane non parum eleximia Iosephi sanctitatis commendatur, quae tanta fuit, ut ornamentum poterit esse illius, quae sole vestitur ut amicti, corona stellarum redimitur, et luna, tamquam calcamento utitur, prout se illam vidisse Ioannes testatur (c. 12): *Mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius; et in capite eius corona stellarum duodecim.*

Ex his itaque sic iam praelibatis haud difficile erit conicere, quam miram hi sacri coniuges Maria, et Ioseph cum debita proportione aequalitatem habuerint, sibi quae bene consentientes extiterint. Ut tamen illud magis adhuc illustretur, placet in medium producere, quae Bio Pianeris, inter celebres Graeciae philosophos annumeratus, paucis perstrinxit, ut doceret ea, quae utrumque coniugem decent.

Quaenam summa hominis mens, quae sibi conscia recti. Quis dives? qui nihil cupit: quis pauper? avarus. Quae dos matronae pulcherrima? vita pudica. Quae casta est? de qua mentiri fama veretur. Quod prudentis opus? cum possit, nolle nocere. Quod stulti proprium? non posse, et velle nocere.

Haec, quam mirifice fulgeant in his sacris sponsi Maria, et Iosepho, non erit difficile brevi sermone demonstrare: si enim huius vitae summa felicitas censetur animae pax, atque tranquillitas, scilicet, mens, quae sibi conscia recti: ecce Virginem tanta animi pace fruente, ut a proprio marito, a quo non conceperat, gravida inveniri non pertimesceret, nec in eius conspectu, quopiam turbationis motu fluctaret, quia, ut dixit Ecclesiasticus (Eccles. 22.): *Lorumamentum liguem colligatum in fundamento aedifici non dissolvitur; sic, et cor confirmatum in cogitatione consistit*: si deinde dives est, qui nihil cupit; ecce Ioseph, tametsi ex regia propapia ortus, qui post aurum non abili, nec speravit in pecunia thesaurus: quod si item pudicitia, ac verecundia, praecipua uxoris dos est: Quae dos matronae pulcherrima? vita pudica; prout dubio cum dote Mariae, nulla quantumcumque copiosissima dos valet comparari, cum ab angelo sub viri specie bene-

vole salutata, prae mirabili sua virginea pudicitia, et verecundia, confino erubesceret, et turbaretur; si praeterea illa castitate insignis indicatur, de qua mentiri fama veretur; quae castissimam omnium Mariam non faleatur, quae et virginitalatem adeo coluit, ut nec dignitatem Matris Dei sibi a Deo oblatam admitteret, quousque illam ob id minime fore violandam, angelico didicisset eloquio. Unde Ioseph, id attestante Chrysostomo (super Matth.), tam magnam de Mariana castitate opinionem conceperat, ut gravidam illam animadvertens et non ab ipso, nihil certe mali de ea suspicans, potius sibi persuaderet, Virginem posse parere, quam Mariam peccare. Tandem si prudentiae viri non leve argumentum est, cum possit, nolle nocere; nostri Iosephi inaudita prudentia mirum in modum se osentavit, quippe cum posset uxorem ob intumescensent uterum molestare, prudenter tamen, ac sancte ab accusatione se abstinuit, evangelista dicente (c. 10): *Cum esset iustus, noluit eam traducere*. Illud etiam prudentiam d. Iosephi mirum in modum commendat, quod memor illius sententiae Tobiae (c. 12.): *Sacramentum regis abscondere bonum est: nec non alterius ex Isaiā dicente (c. 24.): Secretum meum mihi: secretum meum mihi: mirabile illud incarnationis Verbi Dei arcanum, quod sibi creditum erat, mira prudentia celavit. Revelatum quidem fuit hoc sacramentum mysterium Apostolis, ut illud evulgarent, iuxta illud (Matth. 10): *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in auro auditis, praedicate super tecta*; Ioseph autem manifestatum fuit, non ut ipse illud manifestaret, sed ut sub silentio tegmine illud absconderet, quod maiorem praesertim difficultatem, Ecclesiastico dicente (Ecc. 19.): *A facie verbi parturit fatuus, tamquam genitus partus infantis*: quasi diceret, similem parturientis angustiae esse dolorem fatui, qui habens creditum sibi secretum, nemini illud revelat; at Ioseph noster, tamquam singulari prudentia conspicuus, hanc fatui difficultatem strenue adee superavit, ut per quamplures annos nec minimum ab ore eius decideret verbum, quo tantum sacramentum cuiuspiam aperiret, adeo secreti tenacissimus custos fuit. Memini quidem, Romanos tanti momenti secreti custodiam indicasse, ut in vexillis suis depingerent Minotaurum, ad significandum secreta non esse delegenda, ut interpretatur Alciatus (in quodam emb.), cuius titulus est, non vulganda consilia: erat enim Minotaurus custos rigidissimus labyrinthi. Dedali, nemini aditum praebens ad illum illustrandum: Melolus item macedonicus interrogatus, cur ita celer et velox esset in consiliis suis exequendis, respondit, ut nec sinistra noscat proprium consilium dextrae: et Quintus Curtius (lib. 4. de gestis Alex.) tradit, Persas, fidelissimos se gloriarii secretorum custodes esse: unde refert, quod observans Alexander, se quandam epistolam legente, eandem a quodam eius amico retro existente lectitari, sigillari annulo ex digito suo extracto os eius obsignavit, ut se fidelem secreti custodem exhibere debere illum moneret. Aegypti etiam adeo secretum colebant, ut auctor est Diodorus, ut illius revelatoribus linguas*

praeciderent. Tandem, ut ad id unde sum nonnihil digressus, regressi, ac finem dicendi faciam; si ut ait Ecclesiasticus (Prov. 26.): *Mulier bonae beatus vir*; non solum terque, quaterque, et milites beatus, sed et beatissimus consenseri debet noster Ioseph, cum non solum mulierem bonam, sed omnium optimam nactus fuerit. Quod si, ut Salomon testatur (Prov. 19.): *A Domino uxor prudens*; eximium profecto donum Ioseph datum fuit, cum Mariam prudentissimam omnium virginum in uxorem accepit, et quam in domum suam ducens merito usurpare sibi posset illud Sapientis (c. 8.): *Intrans in domum meam, conquiescam cum illa, non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec taedium convicius illius, sed laetitiam et gaudium, quod in aeternum nobis praestare dignetur, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA VIII.

Inceptum argumentum prosequimur, quam magna sit dignitas sponsi Deiparae Mariae explicantes, ubi de excimia eius sanctitatis disserimus; verosimile satis esse comprobantes, d. Iosephum reliquos omnes sanctos, Deipara excepta, in gratia, et gloria longo intervallo excellere.

Si in Ecclesia catholica plerique sanctorum eo speciali nomine coli, et honorari merentur, quod se peculiariter ratione sanctissimae Deiparae Mariae devoverunt, sanctus Lucas, qui religionis, ac pietatis zelo ductus, varias imagines depinxit adamussim illam referentes, pariterque Mariana arca copiosius, quam reliqui evangelistae descripsit: sanctus Dionysius, qui ab Athenis, ut coelestem eius vultum intueretur, multo labore longissimum iter confecit: sanctus Cyrillus, qui contra impios haereticos in Matris Dei nomen debacchantes, honorificentissimum hanc Dei Genitricis nomenclaturam in concilio ephesino acerrime defendit: sanctus Ioannes Damascenus, qui pro singulari amore, quo Virginem prosequabatur, varia, eaque egregia eius praeconia nobis scripta reliquit; in quorum beata Virgo praemium abscissam inique manum benevole ei restituit: sanctus Idelphonsus, qui ab helvidianae haeresis Marianam virginitalatem abnegantis impudentissimus calumniis sapientissime vindicavit: sanctus Anselmus, et d. Bernardus, qui in eius laudibus decantandis assidui praecoens fuerunt; ac tandem sanctus Ioannes evangelista prius omnibus illis divino Christi oraculo adoptivus Virginis filius institutus, qui eo id attestante, accepit eam in sua: si, inquam, hi omnes sancti, eo quod speciali ratione se, suasque lubricationes Virgini consecrarunt, digni sunt, ut speciali etiam cultu fideles eos venerentur; quantus quaequo honor beatissimo Iosepho deferri debet, qui matrimonii pariter, et amoris vinculo Virgini coniunctissimus fuit? Sane quaecumque excogitavero encomia, minorae erunt,

CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. I.

quam Deiparae sponsi celsissima dignitas meretur; additur tamen, Deo auspice, ex hac tanta dignitate, velut ex principio, excellentiam sanctitatis divi Iosephi super reliquos sanctos, tamquam piam, ac valde probabilem conclusionem deducere, imitans in hoc d. Paulum, qui, sicut ex dignitate, et nomine Filii Dei, excellentiam eius super omnes angelos intulit. Tanto, inquit (Hebr. 1), melior angelis effectus, quanto differentius prae illis nomen haereditavit: ad eundem modum licebit mihi philosophari, tanto Iosephum aliis sanctiorem, quanto differentius prae aliis nomen, ac honorificentissimum Sponsi Dei Genitricis, et patris Christi titulum obtinuit. Divina namque providentia non consuevit inanes titulos, et rebus vacua nomina donare, sed quibus insignes titulos confert, insignem etiam idoneitatem impertitur. Unde, si imperator Valentinianus (l. 2. c. de Crimine sacri.) dixit, disputare de principali iudice non oportet: sacrilegii enim instar est dubitare, an is dignus sit, quem elegerit imperator; quanto magis execrandum sacrilegium esset suspicari, Deum optimum Maximum, qui sponsi Genitricis suae dignitatem Iosepho donavit, idoneitatem ad eandem non contulisse? Hinc doctor Thomas (3. par. qu. 27. art. 4.) inquit: *Quos Deus ad aliquid eligit, ita praeparat, et disponit, ut ad illud, ad quod eliguntur, inveniantur idonei*: et d. Augustinus plenitudinem gratiae super omnes sanctos donatam Virgini ex eo colligit, quod ad dignitatem Matris Dei evecta fuerit; sic enim ait *Inde nominis, tantam gratiam illi esse collatam, quia Deum meruit concipere, ac parere*. Quod si ad sacra monumenta mentis animae parumper convertamur, id a Deo ita facilitum fuisse, ut pro dignitate numeris sufficientiam praestaret, facile comperimus. Elegit Moysen, hominem agrestem, in ducem populi sui, et contulit ei sapientiam, ac potentiam tantam, ut diceret ei (Exod. 7): *Ego te constitui Deum Pharaonis*. Davidem accepit de post foetantes: et ex tugurio pastorum illum educens, unxit in regem, et caput plebis suae fecit, deditque illi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra, (2. Reg. 7). Ioannem Baptistam, quem in Christi Praecursorum elegit, tanto retro tempore, autquam id minus exerceret, enim disposuit, ut ac praeparavit, ut in materno utero latentem sanctificaret. Piscatores etiam vocans, ut apostolica dignitate eos donaret, omnem sufficientiam ad apostolatus munus recte obeundum illis impertivit, apostolo dicente (2. Cor. 3): *Idoneos nos fecit ministros novi testamenti*. Ac tandem sanctissimum Deiparam Mariam pro dignitate tantum numeris recte coelestium charismatum copia locupletavit, ut ipsa testatur (Luc. 1): *Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius*. Cum ergo beatus Ioseph electus fuerit a Deo ad insignem illam sponsi Dei Genitricis, et Christi patris dignitatem; nemo sane mentis inficialitur, omnem sufficientiam, et idoneitatem ad illa munus exercenda necessarium divinitus ei fuisse collatum; unde, sicut Deus optimum omnium foeminarum elegit in Matrem, ita optimum omnium virorum decebat eligere in eius Sponsum: qua-

re rectius Deus nostro Iosepho, quam rex Pharaon patriarchae Iosepho dicere potuisset (Gen. 41): *Nunquid sapienterem, et consimilem tui invenire poteram?* Sane, si ad vasa Domini deferenda inebantur sacerdotes mundari (Is. 52): *Mundamini, qui fertis vasa Domini*: dubium non est, quin Deus eam munditiam, et sanctitatem, quae ad purissimum vas Mariae, in quo mamma divinitatis servandum erat, digne possederunt, opus esset Iosepho eius sponso infuduisse: enim quando arca Dei missa fuit in possessionem Amnadab (ut abetur 1. Reg. 7), *Electarum filium eius sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini*, vel, ut Hebraei legunt, *praeparaverunt, seu disponerunt*; consequens est, Deum maiorem curam adhibuisse in sanctificando, praeparando, ac disponendo Iosepho, cui decesserat Marianam arcam, in qua Filius Dei claudendus erat, ut loquitur Ecclesia, *ventris sub arca clausus est, custodiendam tradere*. Et quidem, si, ut sacra Genesios narrat historia (Gen. 5), ad terreni paradisi custodiam praefecit Deus cherubim; rationi consonum erat, ut ad custodiendum caeleste Mariae paradisi, sic eum illam vocat Sponsus: *Emissiones tuae, sicut paradisi, praeficeret non cherubim, sed ardentissimum seraphimum, Iosephum scilicet seraphici amoris flammis exustum*. Quod, si etiam sacra commemorat eloquia, Deum, cum septuaginta elegerat seniores, ut Moysis coadiutores essent in plebis regimine, de spiritu eius plurimum eis contulisset (Num. 11): *Auferam de spiritu tuo, et tradam eis oportebat enim, ut qui Moysis in munere consortes erant, pariter in spiritu ad recte illud gerendum communicarent*; certe, cum b. Ioseph electus fuerit in consortem, et sponsum Deiparae Mariae ad paternum munus obumandum erga Christi Domini personam, sub humana carne latentem, par erat rationi, ut, sicut cum b. Virgine in hoc paterno munere et officio communicabat, ita et de spiritu, et gratia, ac singulari illius sancti monia praee omnibus sanctis participaret.

Accedit ad haec id, quod mirum in modum effert d. Iosephum, nimirum, quod postquam Socrates, id referente Xenophonte (de Socrate) dixerat, *uxores virorum suorum moribus conformari debere*; subdit: *norma omnis coniugis est vir*: quam sententiam videtur firmare verba ipsius Dei genitricis (Gen. 2): *Faciemus ei adiutorem similem sibi*: non dixit, se facere vellet virum similem uxori, sed e contra, uxorem similem viro. Sane, si ita res se haberet inter hos sacros coniuges, ut Ioseph esset norma coniugis suae, nihil excellentius de illo dici posset, quam tantam fuisse suorum morum probitatem, et ad eorum normam Mariae mores, ac vita adaptarentur. Verum licet aliter sese res habeat in hoc matrimonio Mariae cum Iosepho, quia in eo coniux fuit norma viri sui, satis utique eximiam Iosephi sanctitatem commendat, quod probatissimos mores, ac integerrimam almae Virginis vitam sibi imitantem proponeret, per quam, et suae vitae rationem, et proprios mores adamussim regulabat. Si enim Deipara Maria tanta praecelluit sanctitate, ut beatus Petr. Damia. (serm. de As-

sum.) dixerit: *Maria singularum, et omnium titulum antecedit. Attende seraphim, et videbis, quidquid manus est, minus Virgine est*: et Andreas Cretensis (ser. de dormi. Virg.): *Exceptio Deo, est omnibus altior: o sancta, et sanctis sanctior, et omnis sanctitatis sanctissima thesaurus*: Doctor Hieronymus (ser. de assumpt. Virg.): *Hortum deliciarum, in quo constituta sunt omnia florum genera, et odora menta virtutum*: ac tandem d. Anselmus: *Decuit, ut ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequeat intelligi*: non potuit d. Ioseph, qui per suae uxoris sanctitatem, tanquam per normam, per triginta annos, quibus in consortio eius vixit, vitam suam acerrimissime regulavit, prout sponsum Dei Genitricis decebat, non, inquam, potuit prae omnibus sanctis coelestibus charismatibus multisque virtutum meritis emulatissimus non esse.

Sed iam secundam coniecturam, ex qua eximiam d. Iosephi sanctitatem super omnes sanctos deprehendere licet, subiiciamus: haec exstimaverim esse ardentissimum amorem Deiparae Mariae erga ipsam: cum enim ipsa probe agnosceret coniugis strictam obligationem, ut virum suum diligeret, certissimum est, illam perfectissime implevisse, atque adeo omnes feminas, quae in amore suorum virorum exarserunt, ac stupenda suae dilectionis argumenta exhibuerunt, longo intervallo superasse. Certe dicente Apostolo (Coloss. 3.): *Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam*; ibidem etiam non obscure indicavit, uxores diligere debere viros suos, sicut Ecclesia Christum; quam similitudinem in eo solum esse verum, ut, sicut Christus, excepto Deo, nihil ardentius amavit, quam Ecclesiam, ita alter coniux nihil praeter Deum magis diligit, quam suum consortem. Amavit igitur b. Virgo huius legis observatissima, b. Iosephum plusquam patriarchae, et prophetas, martyres, et apostolos, ac universos angelos; unde d. Bernardinus (lo. 3. ser. de S. Ioseph) ait: *Quia revera Virgo, quanta erat unitas matrimonii in spirituali amore, amosebat et sciebat, Iosephum sibi a Spiritu sancto datum in sponsum, et in suae virginitalis fidem custodem, et ad participandum secum in charitatis amore, et obsequiosa sollicitudine dicissimam protegi Dei, ideo credo, quod totus ex cordis effectum cum sincerissime diligebat: amplius, cum omnia quae sunt uxoribus, sint viri, credo, quod beatissima Virgo totum thesaurum cordis sui, quem Ioseph recipere poterat, ei exhibebat*: haec ille. Ad haec, cum vir, et uxor per vinculum connubii, ac nutui amoris non minus fiant unum cor, et una voluntas, quam per unum ipsius matrimonii unum corpus, et una caro, iuxta illud (Gen. 2.): *Erunt duo in carne una*: non potuit spiritualis illa unitas animorum perfectissima non fuisse in b. Virgine, et Iosepho: nam si Gorgonia, d. Gregorii Nazianzenensis soror, adeo unum cum viro suo esse fatebatur, ut expropter ex parte tantum se baptizatam putaret, quod eius maritus nondum esset baptizatus, quem veluti dimidium sui partem esse censet; sic enim loquitur d. Greg. Porro cum unum hoc ad omnia accedere caperet, ut maritus quoque perfectetur, ut sic corpore consecraretur, ac non dimidia tantum ex

parte initiala discederet, ipsiusque aliquid imperfectum relinqueretur, hoc quoque impetravit: ad eundem certe modum Deipara Virgo adeo unum cum viro suo Ioseph se esse putabat, ut quamvis perfectissima esset, imperfectam quodammodo se existimaret, si dimidia eius pars, nempe Ioseph eius coniux, imperfectus esset. Unde non dubitaverim, Deiparam Mariam excellentissimam perfectionem super omnes sanctos illi impetrasse: non enim amor illius erga virum suum sterilis fuit, sed foecundissimus; unde d. Bernardinus (tom. 3. ser. de s. Ioseph) dixit: *Cum Virgo tot, et tanta peccatoribus impetret sceleratis, quanta putas impetraverit Iosepho sponso? equidem, si unum ex efficacissimis mediis ad obtinenda a Deo varia gratiae dona intercessio Virginis esse creditur, ut experientia ipsa satis exploratum est: non potuit sanctissimus Ioseph Virgini dilectissimus illius interventionem non eximiam super reliquos sanctitatis perfectionem obtinuisse; maxime cum Deipara Maria nullius unquam hominis in virtute progressum, ac sanctitatis incrementum, ardentius, quam viri sui, ut optimam uxorem decebat, concupisceret.*

Tertiam iam addo coniecturam, unde excellentiam sanctitatis d. Iosephi arguere possumus, amicitiam scilicet, et familiaritatem, quam habuit cum Deipara Maria legitima sponsa sua. Profecto d. Paulus, ratione huius familiaritatis, et consortii dixit (1. Cor. 7): *Si qua mulier fidelis habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum: sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem*: his similia sunt verba d. Petri (epist. 1 c. 3.), dum ait: *Mulieres subditae sint viris suis, ut, et si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant*. Ita Romae contigit Siginio per Theodoram, et Valeriano per Caeciliam, cuius consilio, et exemplo, et sacri baptismatis lavacrum recepit, et pro Christo sanguinem profudit: unde tam acute, quam eleganter dixit d. Thomas (sup. 1. Col. 7): *Infidelitas est culpa tenacior; virilitas, status robustior; sanctificare, actus difficilior: et tamen cum esset mulier, emollicuit robustum, mundavit immundum, et sic sanctificavit infidelem virum*. Innumeraque alia his similia extant exempla: nam Domitilla convertit Flavianum, Clementem sponsum suum; Theodolinda Longobardorum regina, cui d. Gregorius inscripsit dialogum de moribus, his nupta, Eucharium, et Aligallum ad veram Christi religionem revocavit, et lupinum eorum crudelitatem in agnum mansuetudinem commutavit: Theodoretus etiam, id referente Cassiodoro (hist. trip. l. 9. c. 31) sanis consiliis Eudoxiae imperatoris Theodosii mariti illius sanctitatem adscribit: ac tandem textus in 1. Eum, qui c. de Episcopis, et clericis, ait: *Uxores interdum viros meliores efficiunt, ubi Baldus subiungit: Bona mulier facit bonum virum*. Sed melius illo d. Chrysostomus (hom. 9): *Nihil potentius muliere bona ad instruendum, et informandum virum quocumque voluerit: si ergo tanta esse noscitur uxoris efficacitas, et energia, ad viri sui mores verbo, et exemplo componendos, evidens est, maximam omnium habuisse b. Virginis fami-*

liaritate ad recte informandum virum suum, non quidem infidelem, ut illi, sed sanctum iam, et iustum, ut evangelista testatur (Matth. 1): *Cum esset iustus, noluit eam tradere*. Quod si b. Virgo tam erat potens opere, et sermone, ut eius salutationis vox exultare, ac tripudare fecerit in gaudio Ioannem Baptistam materni visceribus clausum, adeo ut infantis anima prae amoris ardore liquefacta fuerit, ut Maria locuta est: quomodo quaeo putamus spiritualis gaudii, et virtutis incrementum ex conversatione Virginis suscepisse Iosephum, qui et Deiparae Mariae vocem audire, et faciem videre, exemplo accendi, ac beata illius non solum praesentia, sed etiam coniugali familiaritate, et amicitia frui meruit? hinc s. Bernardinus (tom. 3. ser. de s. Ioseph) pie dixit: *Si nos mirari ex cohabitatione sanctorum virorum, qui respectu Virginis nihil sunt, saepe tamen proficimus; quantum existimandum est, Iosephum cum sacra Virgine proficisse?*

Porro, quartam coniecturam, unde excellentissima d. Iosephi sanctitas super reliquos omnes innolescere possit, adnectamus: haec est multiplex, immo continua occasio perfectissime exercendi activae, et contemplativae vitae munera, ex quorum ferventiori exercitatione maior sanctitatis perfectio dependet. Et quidem, quod atinet ad vitam activam, illo Christum infantem ita prolexit, et nutrit, ut quod de Deo dicitur iustum protegente (Paul. 91), *Scapulis suis obumbravit tibi, et sub penis eius speravit*, merito de Iosepho dici possit respectu Dei, quem ipse scapulis suis infantem obumbravit, et sub penis suae protectionis benevole suscepit. Deinde, cum omnes Iosephus externas operationes, ac labores fabrilis artis ad Christi Domini infantiam, pueritiam, et iuventutem per triginta annos nutriendam, ac sustentandam dirigeret, non potuit vita eius activa, excepta Virgine, non omnium fuisse perfectissima; unde si Iob dicebat (c. 31): *Si comedi buccellam, et non comedit ex ea pauper: melius sane Ioseph dicere potuisset, si comedi buccellam, et Iesus non comedit ex ea*: quare memini, excepta Deipara, tam proprie, quam Iosepho, potuisti Christus dicere (Matth. 25): *Esurivi, et dedisti mihi manducare: stivi, et dedisti mihi bibere*. Quod si opus aquae frigidae pauperi porrigere, et opus adeo ille sibi pergalatum faletur, ut in eius praemium vitam aeternam pollicetur (Matth. 10): *Qui dedit calicem aquae frigidae, non perdet mercedem suam*; non poterunt non gratissima esse Christo Domino opera vitae activae, quae immediate circa eius humanitatem noster Ioseph exercavit; unde officium d. Iosephi, quo sacra Carmelitarum religio olim ex approbatione Sedis Apostolicae utebatur, recensens praemia, quibus adhuc in hac vita superstes Ioseph capiat a Christo ob praedicta obsequia remunerari, pie satis dicebat:

Nunc ad Ioseph tamquam patrem,
Nunc ad sanctam respicit matrem.
Per virginis oves,
Gratas alternando vices:

ubi speciali observatione dignam arbitror vo-

com illam *repsit*, quae gressum serpentis redolet, qui pavimento adhaerens, et quasi cum eo se constringens, graditur; non secus salu-
lifer ille serpens, Christus Dominus; ab anti-
quo illo aeneo serpente significatus, per cuius
non solum tactum, sed et aspectum sanaban-
tur infirmi, quasi manibus, et pedibus infans
repebat super Iosephi dilectissimi sui nutritii
cervicem, ut gratissima vitae activae opera
erga ipsum exercita, etiam in hac vita, legali
suo patri rependeret. Ex his externis operibus
facile erit gradum facere ad interna vitae
contemplativae opera, ad quorum excitationem
nemo profecto inter mortales, beata Virgine
excepta, opportuniorem occasionem nactus un-
quam fuit; nam si Salomon ait (*Proverb. 6*):
Namquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? certe
cum Ioseph ignem, idest, Christum, Deus enim
ignis consumens est (*Hebr. 12*), sicut suo portave-
rit, insumens illum contrectaverit, expoliave-
rit, vestiverit, amplexatus, et exosculatus fue-
rit, consequens erat, flammis amoris illius vehe-
mentissime ardescere. Virgilius ementite nar-
rat de Didone, quod cum cupidinem falsi a-
moris Deum sub Ascenii figura amplexaretur,
amoris flammis exustus remansit; verissime
Iosepho nostro id persaepe contigisse arbitror,
ut verum pulchri amoris Deum humana carne
indutum brachiis suis amplexans, et sicut suo
dulcissime confovens, ardentissimus amoris flam-
mis ultra quam dici possit, exureretur. Pleo-
sque sacra eloquia commemorant, qui con-
templativae vitae non segnes cultores fuerunt:
hii praecipui sunt Abraham, quem Deus de Me-
sopotamia egredi praecipit, quia a Dei con-
templatione animum eius avocabat; Iacobus,
qui in mirabilium exaltis raptus, vidit scalam
altera extremitate terram, altera coelum
tangentem; Samuel, quem Deus dormientem
ad se vocabat; David, qui dicebat (*Psal. 118*):
Septies in die laudem dixi tibi, divinarumque
*arcanorum assiduum scrutator fuit; diva Mag-
daleuca, quae secus pedes Domini re-
quiescens, coelestia contemplabat arcanam;*
Paulus, qui usque ad tertium coelum raptus,
audivit quae non licet homini loqui; ac tan-
dem Apostoli, ac reliqui pii viri, qui a Chris-
to edocti, perseverantes erant in oratione:
hos omnes sanctus Ioseph tanto contemplativae
vitae praestantia antecellit, quanto praee his
ad eius exercitia ex visibilibus Christi, et Mariae
exemplo, et continua triginta annorum praee-
sentia ardentius accendebatur, et ad ferventis-
simam amoris aclus eliciendus, potentique co-
ramdem auxilio frequentius iuvabatur, maxi-
me quod, ut refert d. Petrus Chrysologus (*serm.*
15), Ioseph pariter cum Maria nocturno tem-
pore, quasi monasticam vitam agerent, con-
surgere consueverunt ad praeces Christi Domino
effundendas, quem medium inter se sacri illi
coniugis constituabant. Sicut enim nos oran-
tes, imaginem Christi nobis adhibemus; ita illi
ipsam Christum Dominum, qui figura erat sub-
stantiae Patris, et imago bonitatis illius, ado-
randum sibi proponebant, et tamquam in ra-

diantem solem iustitiae semper aspiciendam;
quod si sol, tametsi distans sit a terra, aurum
in visceribus illius, et margaritas in conchilibus
virtute radiorum suorum procreat; quanto puta-
mus in Mariam, et Iosephum adeo proximum
iustitiae solem liberaliore exitisse? Crediderim
sane coelestem charismatum margaritas, ac
divini amoris aurum superabundantius, quam
omnibus illis magnificentissime donasse. Certe,
si d. Athanasius, id referent Gratiano (*lib. 3.*
cap. 4), contemplabatur porticum bethlehemi-
cum, velut sacrissimum templum, ubi praese-
pe erat altare; infans Deus humana carne in-
dulus, sanctissimum sacramentum; sacerdos Iose-
ph; cantores angeli; aeternus Pater episco-
pus; Maria thronus, ac sedes episcopalis; li-
cebit mihi simili modo contemplari domicilium
illud, in quo Iesus, Maria, et Ioseph habitabant,
non solum velut domum orationis, sed ut coe-
lestem aulam: nam, si coelum a celando dici-
tur, quia coelestes opes celat; merito do-
mucula illa coelum meretur appellari, quae
summum incarnationis mysterium tegebat, et
utriusque coniugis virginitatem celabat. Quod
si in coelo beatissima habitat Trinitas, idest
in hac coelesti domuncula sacrosancta illa
trinitas, Iesus, Maria, et Ioseph; sic enim lo-
quitur magnus ille Cancellarius parisiensis (*ser-*
de nat. Virg.): *Cuperem, ut mihi verba super-*
terent ad explicandum tantum mysterium, tam
admirandam, venerandamque trinitatem, Iesus,
Maria, et Ioseph; Maria quidem refert Patrem,
cum inlegra manens, eundem in tempore con-
cepserit, ac pepererit, quem ille ab aeterno ge-
nit; Iesus ipsamet Verbi divini persona est;
Ioseph autem Spiritus sancti personam reprae-
sentat, quia sicut ille amor est Patris, et Fi-
lii, sponus animarum, ac Paracletus, et con-
solator; ita beatus Ioseph matrem, et prolem
ardentissime amabat, Deiparae Virginis spon-
us, ac totius illius sacrae familiae solatium,
et gaudium erat: ac tandem si in coelesti illa
beatorum aula cuncti illius coelestiae clara
Dei visione fruuntur; non secus Maria, et Iose-
ph clara humanitatis Christi intuitioe con-
tinuo laelabantur. Cum ergo beatus Ioseph in
consortio Virginis vitae activae, et contempla-
tivae perfectissimum gradum attigerit, nemo
mibi audaciae ascribat, si perfectissimum om-
nium sanctorum, una b. Virgine excepta, il-
lum praedicem.

Ex his omnibus aliam efficacem rationem
elicio huic argumento valde consentaneam, quia
ministerium Iosephi, tam in ratione sponsi,
quam adoptivi patris Christi fuit summe con-
iunctum cum ipsamet Christi persona, adeo
quidem, ut proximus, quam omnia alia di-
gnitas ad Dei Matris sublimissimam dignita-
tem accessisse videatur. Licet enim ministerium
apostolorum in ordine gratiae gradum facientis,
et theologorum more loquar, supremum in
Ecclesia dignitatis fastigium attingat, d. Paulo
dicente (*1. Cor. 12*): *Et quosdam quidem possit*
Deus in Ecclesia, primum Apostolos; in ordine
tamen gratiae unionis hypostaticae, qui ex suo
genere perfectior est illo, et in quo primum
locum obtinet humanitas Christi, quae imme-
diata unita esse noscitur personae Verbi; se-

cundum beata Virgo, quae carne Verbum in-
datum genuit, et peperit; tertium locum tenuit
beatissimus Ioseph, qui de alendo, nutriendo,
educando, et protegendo Deum hominem spe-
cialis cura, nemini unquam data; divinitus
fuit commissa; et forte hoc d. Mathaeus evan-
gelista (c. 1) significare voluit in eo ordine, quem
servavit, quando post Iesum, et Mariam, ter-
tio loco Iosephum nominavit, indicans in hoc,
quod sicut in hac nominatione tertium locum
obtinet Ioseph, eundem etiam in gratia, et san-
ctitate teneat. Cum ergo sanctus Ioseph in hoc
excellentissimo unionis hypostaticae ordine in-
fimum gradum teneat, et infimum supremi excedat
supremum infimi, ut infimum seraphinorum
excedit supremum cherubinorum; consequens
est, ut non solum ministerium Iosephi apostolo-
rum ministerium, sed et gratia tanto muneri debita
illorum gratiam longe superet: et merito
quidem, quia illorum munus, seu ministerium
ordinatur ad corpus mysticum Ecclesiae tenen-
dum; ministerium autem Ioseph immediate ver-
satur circa corpus naturale Christi nutrien-
dum, fovendum, et protegendum. Scio, quos-
dam obicere nobis locum d. Pauli (*ad Rom.*
8): *Nos ipsi primitias spiritus habentes;* ubi Iose-
ph addit, *tempore prius, et ceteris abundantius;*
at, praeterquam d. Ambrosius, Chrysostomus,
et Anselmus verba haec intelligi volunt de om-
nibus christianis, ut, propterea dicantur obtinuisse
primitias spiritus, quia limpidiorem cognitionem
arcanorum Dei, ac ferventiorum eius
amorem, quam ceteri habuerunt; immo Patres
graeci de omnibus hominibus illa interpretantur,
quos propterea, aiunt, ab Apostolo dici,
primitias spiritus participasse, quia spiritu ra-
tionali gaudent, et ad aeternam haereditatem
sunt procreati: quae expositio, licet multis dis-
pliceat, habet tamen non infirmum fundamen-
tum in verbis eiusdem Pauli (*Rom. 8*): cum
enim antea locutus fuisset de irrationali crea-
tura: *quae ingemiscit, et parturit usque adhuc,*
continuo subiungit: Non solum autem illa, sed
et nos ipsi primitias spiritus habentes. Praefer
has, inquam, Patrum expositiones, iuxta com-
muniorem interpretum sententiam, sensus sit,
ut illi dicantur habuisse primitias spiritus, quia
prima dona, et quasi primos fructus spiritus
in lege gratiae collegerunt: secunda, quod tametsi
intelligantur, ut contendit Glossa, de
maiori gratiae abundantia, comparatio illa, et
excessus solum intelligitur respectu illorum, qui
tempore adventus Spiritus sancti super apo-
stolos superstitis erant, et aliorum, qui post
illos futuri sperabantur. Scio etiam, eosdem
obicere nobis verba illa d. Pauli (Ephes. 1):
Secundum dititias gratiae eius, quae superabun-
davit in nobis: in cuius loci commentario d.
Anselmus ait: Cum enim gratia in omnibus sanctis
abundasset, superabundavit tamen in apo-
stolis, quia ipsi copiosiore largitate eius ac-
ceperunt, quam ceteri: sed nec locus iste quid-
quam huic praee sententiae nocet; tum quia di-
vis Hieronymus (in comm. hui. loc.), et d. Chry-
sostomus, interpretantur eius verba non solum
de apostolis, sed de omni Ecclesia ex genti-

bus congregata; tum etiam, quia non pauci
sequentes eruditissimum Adamam, verba illa,
superabundavit in nobis, perinde esse aiunt, ac si
diceret, quae copiose in nos effudit; tum
tandem, quia Apostolus non loquitur ibi de
gratia quoad dona, quae dicuntur gratiae gra-
tiae gradum facientis, sed de gratis gratis-
datis, quae ad apostolicum munus, et officium
obendum necessariae exsisterent: quem sensum
perspicue satis innunt verba subsequen-
tia (*Ephes. 1*): *Quae superabundavit in nobis in*
omni sapientia, et prudentia: in quem locum
ipse d. Anselmus (sup. epist. ad Eph. 1) aperte
docet, Apostolos superabundasse, sed in omni sa-
pientia, et prudentia: Quia Spiritus sanctus
infudit eis plus, quam ceteris, sapientiam, qua
noscent Patrem, Filium, et Spiritum sanctum,
aeternaliter ab utroque procedentem, et alia my-
steria incarnationis, et arcana coelestia, necnon
et dona Ecclesiae conferenda; et quia pruden-
tiam quoque superabundanter dedit eis de myste-
riis Ecclesiae, ut providerent ea, quae futura,
vel facienda erant in Ecclesia, et circa alia lu-
isumodi. Nec tandem me lalet, alios nobis op-
ponere Angelicum Doctorem (sup. epist. pr. ad
Eph.) qui explicans praecitata verba: Secun-
dum dititias gratiae eius, quae superabundavit
in nobis, ait: Eae quo apparet temeritas illorum,
ut non dicam error, qui aliquos sanctos praes-
sumunt comparare apostolis in gratia, et gloria:
manifeste enim patet ex verbis istis, quod apo-
stoli habent gratiam maiorem, quam aliqui sancti
post Christum, et Virginem matrem: haec
tamen verba, si, ut d. Thomae aesciae opi-
nantur, universaliter, et absque ulla exceptio-
ne intelligenda forent, pugnant sane tum
cum communi Patrum sententia praefertentium
Apostolos Ioannem Baptistam, ut d. Gregorius
Nazianzenus (or. pro Atha.), Chrysostomus (ho-
27. oper. imperf.), Augustinus (de Sanct. serm.
22. et sup. Ps. 29), uterque Cyrillus, Basilius
(ho. 15), Bernardus (ser. de eccles. Ioan. Bapt.),
Petrus Chrysologus (ser. 127. 174), Maximus
(hom. de Ioan. Bapt.), Isidorus (de vit. et mor.
sanct. novi testam.), Andreas Ierosolymitanus
(ser. de amput. c. Ioann. Bapt.), Theophylactus
(sup. c. 10. Luc.), Honorius (ser. de nat. Ioan.
Bapt.), ac tandem d. Ambrosius (ser. 46. lib.
8. Const. Apost. c. 46. alias 52), qui de Ioanne
loquens, ait: Praecellit cunctis, eminet univer-
sos, antecedit prophetas, supergraditur patri-
archas; et quisquis de muliere est, inferior est
Ioanne: tum etiam pugnant praedicta verba
cum apostolico quodam testimonio, prout ha-
betur (lib. 8. Constitut. Apostolicar.): ubi omnes
Apostoli dicunt se elegisse septem diaconos:
Eae quibus est beatus martyr Stephanus, qui non
minus, quam nos, Deum dilexit: ecce, fatentur,
Stephanum aequalem sibi esse in sanctitate, et
quam in Dei dilectione consistit: pugnant tam-
dem cum doctrina eiusdem d. Thomae, nam
(sup. cap. 3. Math.) interrogans: Numquid ergo
maiores Apostoli Ioanne respondet: non merito,
sed officio neci testamenti: ecce antequam
Ioannis Baptistae merita meritis Apostolorum:
neccesse est ergo dicamus, praedicta verba s. Tho-
mae communi lege, et regulariter loquendo,
intelligenda esse, atque adeo non exgenti-

peculiare privilegium alicuius sancti, quem Deo omnibus Apostolis praetulisse placentur; unde d. Chrysostomus, qui (*homilia 27. oper. imperf.*) praeposuit Apostolis Ioannem Baptistam, ipse (*in homil. 4*) sic per Matthaum testatur, Iosephum non esse inferiorem Ioanne Baptista, sic enim ait: *Scit Christus existens in utero Ioannem per matrem sanctificavit; ita profecto eandem summam quandam gratiam Iosepho donavit, qui illius difficultati negotii pondus, tam forti, ac prudenti animo sustineret; ac propterea tantam ostendit mentis philosophiam. Tandem nobis adversari putant verba Christi Domini dicentis (Matth. 1): Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Sed neque locus hic quidquam obest: nam illa Glossa praetermissa, quae illud explicat, quod nullus fuit maior austeritate ab infantia sua; omnis etiam aliorum expositione, qui dicunt sensum verborum illorum esse, ut nullus Iosepho Baptista fuerit maior in opinione hominum, cum Messias fuerit reputatus; his, inquam, interpretationibus expolis, d. Hilarius (*can. 11*), et d. Augustinus (*l. quaest. vet. ac novi test. quaest. 26*), interpretantur illa de maiestate, et excellentia in dono prophetiae. Verba Hilarii sunt haec: *Ex natis mulierum nullus maior propheta surrexit. His similia sunt alia d. Augustini dicentis: Nullus propheta, Dominus aut, maior Ioanne surrexit inter natos mulierum: praefatumque sensum germanum esse, constat aperte ex Lucae (c. 7.), ubi Christus dixit: Maior inter natos mulierum propheta, Ioanne Baptista nemo est.**

Ex his omnibus infero, magis vere, ut opinor, quam audacter, excepta b. Virgine, d. Iosephum, sicut sanctitate in Ecclesia militante, ita et gloria in triumphanti omnes sanetos praecellere: sicut enim sacri hi coniuges dignitate et paterno munere erga Christum, et mutuo etiam amore inter se fuerunt coniunctissimi, dum vitam mortalem agerent, ita ad aeternam felicitatem translati, beatitudine, et gloria propinquissimos esse decebat: unde Cancellarius parisiensis (*ser. de nat. virg.*) tam pie, quam prudenter dixit: *Quantus existimandus est iustus Ioseph in gloria, et in caelis, qui talis ac tantus inuentus est in miseria et in terra? profecto, cum dicit Christus: ubi sum ego, illic et minister meus erit; ille proximior videtur collocandus in caelis, qui in ministerio fuit vicinior, obsequentior, atque fidelior post Mariam inuentus in terra: ibidem etiam in hunc modum cecinit (*cod. serm. consid. 3*).*

Felix illa dies, toto celeberrima mundo, Sacra docens laeta, quae scoudat ad aethera Virgo Mater, et angelicos cives supervolat omnes, Huic tibi Virgo, Ioseph, Iesus, et tua Sponsa Propinquum (credere fas) slatuunt solum.

Equidem cum Christus Dominus dixerit (*Matth. 10.*): *Qui recipit prophetam in nomine prophetiae, mercedem prophetiae accipiet; certe Ioseph, qui Christum Dominum supremum omnium prophetarum milites in domum suam suscepit, non potuit non eius praemium omnium sanctorum esse supremum.*

Verum, ut rem hanc pro modalo nostro nonnihil elucidemus, placet d. Bernardum (*sup. missus est*) imitari: nam sicut ille contemplatur divinas personas de humani salutis sollicitas, de incarnationis remedio exequendo inter se sermonem iniisse; ita et ego, appropinquante tempore, quo sancti Iosephi merita remuneranda erant, contempserim Patrem, et Filium, instar Tobiae iunioris, et senioris, do praemio illi conferendo inter se colloctos fuisse. Sacra refert historia, patrem Tobiae, post reditum filii, illum ad se accessisse, ut de mercede angelo Raphaeli danda, quem hominem esse putabant, pro labore itineris, quod cum ipso filio confecerat, inter se confabularentur: *Quid, inquit senior Tobia, possumus dare viro isti, qui venit tecum? respondit filius: Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficiis eius? me duxit, et reduxit sanum, pecuniam a Gabelo ipse recepit, uxorem me habere fecit, et daemoneum ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus eius fecit, me ipsum a devoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen coeli, et bonis omnibus per eum repleti sumus: quid illi ad haec poterimus dignum dare? Non dissimiliter, aeternum Patrem Christo Domino dixisse contempserim: *Quid retribuemus, Fili, iusto huic viro Iosepho, cui ego te, tamquam patri, in terris tradidi? Filius respondit: Quam mercedem, Pater, dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficiis ab eo per triginta annorum curriculum in me collatis? Ipse, antequam nasceret, me comitatus est; deinde iam natum me duxit, et reduxit Nazareth, in Bethlehem, inde in Ierusalem, a Ierusalem in Galilaeam; postea ab angelo admonitus, ut a devoratione immanissimi illius piscis (Herodem crudellem intelligo) me eriperet, in Aegypti longinquam regionem duxit, ubi labore artis fabrilis, et sudore vultus sui, et matrem, et prolem alebat; deinde ex Aegypto in Nazareth me reduxit; ipse peregrinationis meae fidelissimus exiit comes; ipse mihi esurienti cibum, sitiienti potum porrigebat; ipse, cum hospes essem, me suscipiebat, cum nudus, me induebat; ac tandem, quando vixi, officio, et amore semper amantissimus mihi pater exiit: his tantis obsequiis a Filio enarratis id putaverim respondisse Patrem: In caelestis lae nostra curia duo honoratiora sunt loca, unus dexteratae tuae, alter sinistreae: tu nosti bene, naturali tuae Matri, ac legali tuo aeterno illa fuisse praeparata; dexteram Mater, sinistram Pater accipiat. Hinc, inter alias rationes, ob quas Christus Dominus matri filiorum Zebedaei ab eo postulanti, ut sederent filii eius, unus ad dexteram, et alter ad sinistram in regno suo, respondit (*Matth. 20.*): *Nescitis, quid petatis, etc. sedere autem ad dexteram, vel sinistram, non est meum dare vobis; sed quibus paratum est a Patre meo: eam nostro argumento valde consentaneam, minimeque contemnendam putaverim, quod iam ab aeterno loca illa dexteratae, et sinistreae, immutabili Dei decreto, Mariae, et Iosepho a Deo Patre destinata erant, qui cum Filio, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.***

HOMILIA IX.

Prosequimur adhuc idem argumentum, choris omnibus angelorum, antiquis patriarchis, ac reliquis sanctis beatissimum Iosephum praeferebant; ubi nonnullis favoribus, quibus Christus Dominus eum cumulavit, recensemus; quibus Iacob iamam moribus filios suos benedixit, ei accommodantes.

Quanto magis coelestia contempserim charismata, quibus eximia Christi Domini magnificentia legitimum Genitricis suae sponsum, legitimeque suum patrem, Iosephum locupletavit, tanto in maiorem admirationem rapior, vehementiusque in eam propendo sententiam, ut illum, Deipara Mariae excepta, cunctis coelestibus praeponeam pie, et religiose censeam. Ut rem tamen altius repetamus, in primis eum praefero primo nostro parenti: si enim illum constituit Deus caput omnium gentium, Iosephum certe constituit caput illius sacrae familiae, ubi Christum, et Mariam subditos sibi habebat: corpus capitis primi parentis genus humanum est, cuius plurima membra peccatis scateni; corpus autem mysticum, cuius caput constitutus fuit Ioseph, Iesus, et Maria erant: ex huius ergo corporis excellentia conice maiorem dignitatem capitis illius. Deus olim Evam multis animi dotibus decoratam, in uxorem primo parenti tribuit. *Faciamus ei adiutorium simile sibi;* ad excellentiorem aliam foeminaem, immo omnium foeminarum deus, et ornamentum, Mariam scilicet, futuram sui Filii matrem, Iosepho in coniugem dedit; cuius dos copiosa adeo fuit, ut longe superaret ingentem illam dotem antiqui patriarchae Iosephi sponsae datam; nam si illa, ut tradit Sixtus Semensis (*lib. 2. Bibl.*), secum in dotem tulit centum millia talenta auri, quibus, iuxta veriorum computationem, respondent sex ducatorum, aut scutorum milliones; beata tamen Virgo non caduca auri, et argenti bona, sed coelestia gratiae munera et virtutum pretiosissimas margaritas in dotem tulit, quarum omnium vir eius Ioseph mirum in modum particeps fuit. Si etiam Adamo postulatam concessit Altissimus, ut animalibus nomina imponeret; sane auctoritas, quam Ioseph contulit imponendi nomen Iesu Filio suo, vocabis nomen eius Iesum, longo intervallo potestatem illam antecellit. Quod, si ad priscos tam legis naturae, quam scriptae patriarchas mentis aciem converterimus, longe illis nostrum Iosephum feliciorum iudicabimus. Fateor, illos Christo consanguineitate fuisse coniunctos; sed Ioseph conjunctione nullo, cum propinquier sanguine esset illius Genitrici. Patres illi Christum Dominum videre desiderarunt, sed solam eius umbram aspexerunt. *Omnia in figuris contingebant eis,* ait Paulus (*1. Cor. 10.*): unde cum Christus dixit (*Ioan. 8.*): *Abraham exultavit, ut videret diem meum; vixit, et gavisus est: de visione prophetica locutus est, qua adventum Christi a longe praedocoravit. Potentissimi etiam reges Verbum divina hu-*

mana carne indutum propriis oculis intueri ardentissime cupientes, minime obtinuerunt, Christo Domino dicente (*Luc 10.*): *Multi reges desideraverunt videre, quae vos videtis, et non viderunt;* Iosephus vidit eundem recens natum, vidit infantem, vidit puerum, vidit iuvenem, immo, et per triginta annos manus eius conretraverunt Verbum vitae, ut d. Ioannis verbis aliter, sub harratae carnis molu delitescentes. Moyses, namque sacra historia, quod, tametsi Deo familiarissimus, cum ab eo postulavit, ut vultum suum sibi manifestare vellet, solum obtinuit a tergo illum sub quadam apparenti humana specie prospicere (*Exod. 33*): *Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris;* ad Iosephum non a tergo solum illum videris, sed et vultum intueri, exoculari, et altiorum omnium alere fuit concessum, adeo ut illi eidem, de quo cecinit regius Vales (*Psal. 103*): *Omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore: et rursus (Psal. 144): Et tu das illis escam in tempore opportuno, aperis tu naribus tuam, et imple omne animal benedictione:* illi, inquam, eidem Iosephum manum suam aperiret, ut paterno munere fungens, alimentum omnium Creatori persaepe porrigeret. Antiqui prophetae variis revelationibus fuerunt illustrati; ac sublimiores, quam illi vigilantes, noster Ioseph dormiens accepit, cum frequenter, ut sacri evangelistae testatur, angeli divina sacramenta in somnis reserantes apparuerint. Quid plura? excessit, ut paucis dicam, cunctos antiquos Patres; nam, ut confitemur, et orizon sponsae legis, veteris, et novae, instar nrisque (*Can. 7*) omnia poma vetera, et nova servavit dilecto suo, matrimonium veteris, et virginitatem novae legis in unum coniungens, atque copulans. Denique si cum Apostolis Iosephum conferas, in multis eos praecelsum reperies: nam si ipsi gentibus Christum praedicaerunt, Ioseph non pauca de Christi infantia eis indicasse creditur: si illi, nutritii fidelium fuerunt: *Quibus laete opus erat, non solido cibo,* ut dicebat Apostolus (*Heb. 5*), Ioseph ipsius Christi nutritus fuit, pariterque educator: si ipsi singularem curam adhibere, ut Christus cresceret in cordibus eorum, quibus d. Petrus (*2. Petri 2*) dicebat: *Quasi geniti infantes, lac concupiscite;* certe Ioseph magnam sollicitudinem, sedulamque curam adhibuit, ut Christus, quem fabrilis sui labore, ac sudore vultus sui alebat, in seipso in dies cresceret, sanguinemque aggregaret, quem in redemptionis nostrae pretium in ara crucis effunderet.

Ceterum, cum iam mortales homines, Deipara excepta, Iosepho inferiores ostenderimus, reliquum est, ostendendum ab eodem angelicos spiritus longe praecelli: quod, ut facilius praeslemus, oportebit in memoriam revocare divum Dionysium (*de coel. hier.*), et divum Gregorium (*hom. 34. in evangelia*), novem coelestium spirituum choros distinguere, quos illi vocant angelos, archangelos, principatus, virtutes, potestates, dominationes, thronos, cherubinos, et seraphinos. Officium quidem angelorum, hominum est custodia; ad Iosepho excellentior alia custodia demandata fuit, quam isis, cum non hominis solum, sed Christi Domini, Dei patris, et hominis, ac Matris suae, fidelissimus

custos fuerit. Archangeli reddunt divina oracula, et magni momenti negotia nuntiant, ut Michael, et Uriel, et Raphael, ille missus ad Daniele, alter ad Esdram, hic ad Tobiam; revera Ioseph archangeli munus perfectissime exerecit, cum tribus regibus Magis, ne redirent ad Herodem, sed per aliam viam iter suum facerent ex divino, quod acceperat, oraculo, eis nuntiavit, ut salis indicant verba Matthaei (c. 2): *Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.* Si angelicae deinde virtutes miracula magna operantur, ut contigit tempore Iosue (c. 10), ubi ministerio coelestis cuiusdam virtutis angelicae, ad Iosue petitionem sol cursum suum cohibuit; mirabilis sane fuit, quod Ioseph solem ipsum iustitiae Christum Deum, et hominem, quandoque sistere, quandoque movere fecit, illo semper ad nutum ei obediens, ut clare satis indicant verba Lucae (c. 2): *Et erat subditus illis.* Potestatum munus est excentricae esse divinae omnipotentiae, ut constat, ex 4. Reg. 19, ubi sacra narrat historia, unum ex Potestatibus simul occidisse centum octoginta millia Assyriorum; id munus excellentius Iosephum exercuisse reperio, cum Christum in Aegyptum introducens, infantis virtute mirabili, omnia idola corruere fecit, Isaia dicitur (c. 19): *Ingruetur Aegyptum, et commovebuntur simulacra Aegypti.* Quod si Principatus regiminis habent curam, inferioraque seculi diligentia gubernant; illud proculdubio omnem tam humanum, quam angelicum principatum longe superat, quod Ioseph regimen habituit Matris, et prolis, Christi scilicet, et Mariae, quae tamquam tutor illius sacrae familiae gubernabat, et eorum singularem prudentiam, ac sollicitam curam regebat. Rursus, si ad Dominationes pertinet supra Principatus dominari; excellentius sane, ac sublimius dominationis genus fuit, Iosephum tamquam virum Mariae super eam dominari, quae regina erat omnium principatum, ac vera ipsius Dei mater; unde Cancellarius parisiensis (serm. de nat. Virg.) hoc domini genus admirans, in haec verba prorumpit: *O miranda prorsus Ioseph sublimitas tua, o dignitas incomparabilis, quod Mater Dei, regina coeli, et Domina mundi appellare te Dominum non indignum putaverit.* Throni angelici id muneris habent, ut sedes sint Dei, in quibus ipse requiescat: bene Deus, nulla unquam creatura, loca Deipara excepta, perfectus Ioseph, divinae maiestatis sedes et thronus fuisse reperitur, cum Iesum infantem milies in sinu suo foverit, millesque ille inter eius brachia vigilans, et dormiens requieverit, et super eius pectus, tamquam super molle cervical, caput suum reclinaverit! unde apte satis accommodari possunt Christo Domino inter Iosephi brachia requiescenti verba illa (Deut. 33): *Beniamin amantissimus Domini, habitabit confider in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, et inter humeros illius requiescet.* Ad haec, si Cherubim, scientia pleni, sublimium rerum sacramenta scrutantur; Ioseph quidem altissimum incarnationis arcanum, ipsis etiam cherubim non salis perspectum, singulari Dei lumine illustratus agnovit, per plures eius cir-

cumstantias percipuit, ac Mariani pectoris secreta, quod archivum erat arcanorum Dei, limpidissima cognitione penetravit. Tandem, si Sraphim divinum bonitatem, cuius dilectionis flammis ardescunt, manifestant; quis mihi inficiabitur, sanctissimum Iosephum ipsi seraphici amoris perenni fons valde proximum, et ipsi divino igni propinquissimum, ipsique charitati per essentiam summe coniunctum, quia *Deus charitas est*, divini amoris flammis, ultra quam dici possit, non exarsisse? maxime quod cum Christus dixerit (Luc. 12): *Ignem, scilicet amoris, veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendantur?* sane cum subiectam materiam Iosephini cordis perfecte dispositam invenit, non potuit non magnus divini amoris ignis arderet adeo in eo accendi, ut seraphicum amorem superasse mihi non difficile persuaserim. Cum enim omneditum optimum de sursum sit, descendens a Patre luminis, ut Iacobi (c. 1) verbis utar, non aliam tot donorum, ac coelestium munerum causam quaerendam esse reor, quam liberalem, ac copiosam benedictionem, quae Iosephum Pater misericordiarum benedixit, cuius magnam foecunditatem, ut clarius agnoscamus, placet Isaac Patriarchae benedictionem, quam dedit filio suo Iacob, necnon et alias, quas ipse Iacob iam moribundus filiis suis impertivit, in memoriam revocare, et easque Ioseph nostro adaptare. Isaac quidem, ut sacra Geneseos narrat historia (Gen. 27), in hunc modum filio suo Iacob benedixit: *De tibi Deus de vore coeli, et de pinguedine terrae, abundantiam frumenti, et vini, et serviet tibi populi, et adorent te tribus: huius benedictionis quis non videat altius, et sublimius participem fuisse Iosephum, cum loco materialis rosis, qui facile evanescit, et datus fuerit in custodiam ros ille incorruptibilis, quem antiqui Patres desiderantes, clamabant (Isa. 43): *Rorate coeli desuper, et nubes pluant iustum: loco autem pinguis terrae, frumentum, et vinum producentis, data fuerit ei Mariana illa terra, foecunda quidem adeo, ut germinarit Frumentum electorum, et vinum germinans virgines (Zach. 9)?* Venio ad benedictiones, quas ipse Iacob natalis suis impertivit. Ad Iudam dixit, non esse auferendum sceptrum de Iuda, et ducem de femore eius: quod sane in domo Iosephi impletum fuit, cum de ventre Sponsae illius Christus Dominus, christiani populi dux, egressus fuerit in salutem populi sui. *Lacavit*, inquit deinde (Gen. 49), *in vino stolam suam, et in sanguine vcae pallium suum:* id etiam singulari modo contigit Ioseph, qui infanti Iesu sanguinem in circumcisione effundenti compatiens, lacrymarum profluvio animam suam inundavit. *Zabuloni insuper dixit, habitaturum in litore maris, et in statione navium perventurum usque ad Sidonem:* Mariam sponsam Iosephi, *Mare interpretari docet divus Hieronymus (de nom. Hebr.):* iuxta hoc ergo mare, in quod confluerant omnium gratiarum flumina, per triginta annos habitavit Ioseph, et in consortio illius tandem ad mortem pervenit, per *Sidonem insidias* significantem apte praenotatam; cum nusquam daemon maiores, quam in hora mortis, illas pareat. Ad Issachar au-*

tem Iacob se convertens (Gen. 49): *Inter meos terminos habitaturum dixit, et humerum suum ad portandum onera suppositurum; id quoque ad unguem, immo excellentius impletum inluor in Ioseph, qui et inter terminos veteris et novae legis vixit, et inter illos alios coelestes totius sanctitatis terminos, ac fines Iesum, et Mariam, vitam egit: nec enim excogitari potest perfectior filius, quam Iesus, nec excellentior sponsa, quam Deipara Maria.* Humerum item ad gravia onera portanda Iosephum supposuisse, nemo sanae mentis ambiget, qui varia itinera ob Christi defensionem suscepta, iam professionis in Aegyptum, quam reditus inde in Ierusalem, non igitur averit. Post haec filio Dan hanc benedictionem Iacob dedit, quae haec duo praecipue continet; primum, quod faceret hostem suum cadere retro; secundum quod expectaret salutare Dei: nihil certe horum desideratur in Ioseph, cum communem humani generis hostem per matrimonium cum beata Virgine, celata diabolo eius integrilate, fefellerit, et quasi cadentem retrorsum iriserit: praeterea expectavit salutare Israel, sed aliter, quam ille, cum Sponsa sua salutem, et Salvatorem mundi mox pariendum certo sciret, quod ei solum fuit concessum, qui solus meruit in sponsum Virgini dari. Rursus ad filium suum Gad respiciens, hanc illi dedit benedictionem: *Gad accinctus, praetibit ante eum, et ipse accingetur retrorsum:* sane d. Ioseph angelico oraculo monitus, ut fugeret in Aegyptum, continuo accinctus se, et Herodem mortem infantis Iesum machinantem delusit; benedictio ergo Gad apte convenit Iosepho. Iam ad Aser Iacob sermone dirigens, inquit (Gen. 49): *Aser, pinguis panis eius, et praebet delicias regibus:* certe cum pane Ioseph nullus quantumcumque pretiosissimus panis valet comparari: Maria fuit, quae quasi navis institoris de longe portans panem suum (Proverb. 31), coelestem illum panem nobis praestitit, qui dixit (Ioan. 6): *Ego sum panis vitae, qui de coelo descendi:* hic panis datus fuit Iosepho, ut custodiret illum filius, non canibus: quia, ut Veritas ipsa dixit (Matth. 15): *Non est bonum sumere panem filiorum, et dare canibus:* unde, cum rabidus ille canis Herodes hunc panem devorare concupisceret, Ioseph abscondit illum ab eo, et in longinquam Aegypti regionem transportavit. Ad Nephthaim deinde verba faciens, in hunc modum benedixit (Gen. 49): *Nephthali, cercus emissus, et dans eloquia pulchritudinis:* si solent parentes, et nutritii infantibus dulcia verba loqui, persaepe repetentes: mi rex, mi princeps; id non semel Iosephum facilitasse crediderim, mellifluis verbis Iesum infantem dulcedendo, ad non falso, sed veracissime ei dicebat: mi princeps, mi rex, cum revera Rex esset regum, et Dominus dominantium. Ad Iosephum vero orationem convertens Iacob longiore, et cumulatorem benedictionem ei impertivit, quae nostro argumento mirum in modum congruit, cum antiquus ille patriarcha sponsi Virginis Iosephi figuram praesentulerit: in primis ait illi (Gen. 49): *Filius accrescens Ioseph:* egregie nomen hoc, quod *incrementum* significat, nostro Iosepho convenire

perhibetur, cum tantopere creverit, quod, ut nuper ostendimus, et homines, et angelos sanctitate longe antecellerit. Deinde subiungit Iacob (ibid.): *Deus patris tui erit aditor tuus, et Omnipotens benedictet tibi benedictionibus coeli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum, et vulvae:* hanc benedictionem noster Ioseph sublimius, quam ille nactus fuit, ut in sponsam suam Virginem accipiens, cuius sacer venter virginitatis illius vallatus Iesum peperit, et cuius ubera divino lactare de coelo plena eundem infantem lactaverunt. Haec sane nostro Ioseph fuerunt benedictiones uberum, et vulvae, necnon et abyssi iacentis deorsum, et cum abyssus latentis sub humana carne pueri in abiectissimum praecipit loco iacentis coelestibus benedictionibus Iosephum frequenter impleverit. Huc etiam facit mosayca benedictio, qua in hunc modum antiquum illum patriarcham Iosephum cohonestatum fuisse legitimus (Deut. 33): *Benedictio illius, qui apparuit in rubo, venit super caput Ioseph:* haec benedictio plenus super caput nostri Iosephi cecidit, cum per multos annos cum Maria, pulcherrima omnium foeminarum, dilectissima sibi sponsa cohabitans, non solum corporis, sed et mentis virginitatem adeo custodierit, ut nec minima libidinis cogitatione animi eius pulsaret. Fuit igitur Ioseph rubus ardens incombustus, de quo licebit dicere cum Moysa (Exod. 3): *Vadam, et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus?* Cecidit quoque haec benedictio rubi super Ioseph, dum Maria eius sponsa maternitatem illi cum virginitate copulavit, ut Ecclesia catholica a Spiritu sancto edocta, ei canat: *Rubum, quem videbat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem.* Tandem illum collophonem imponens Iacob benedictionibus suis, ad Beniamin dixit (Gen. 49): *Beniamin, lupus rapax, mane comedit praedam, et vespere dividit spolia:* profecto beatus Ioseph honestiorem, quam Beniamin victus quaerendit rationem elegit: nam consiliis patris sui David (Psal. 127) dicentis: *Quia labores manuum tuarum manducabis, beatus es, et bene tibi erit, innitens, fabricis artis exercitio, summo mabe surgens alimenta quaerebat, et velut sui laboris spolia inter Iesum, et Mariam, ad eorum sustentationem iuste, sobrie, et sancte dividebat.*

Ad haec, ut paucis multa dicam, cum sacer evangelista Matthaeus divino spiritu afflatus, probe agnosceret, ineffabilia esse Iosephi encomia, nec plurima volumina ad ea digne decantanda sufficere posse, volens, quasi per compendium, ea describere, his duobus verbis illa complexitur, *Virum iustum* illum vocans: *Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, noluit eam traducere:* potuisset quidem evangelista, coniugem, seu maritum Mariae illum vocitasse; ac consulto dixit, *vir eius, ut maritum simul, et virum esse indicaret:* non enim omnes mariti viri sunt: nam, ut Dionegen dicebat, *homines permulti, viri perpauci.* Unde ipse in foro hominibus pleno, ardentem facem in manu dum portaret, et quasi aliquid quaeriraret, hac, et illac cursilaret, a multis in-

terrogatus, quid quaereret? respondit: *Homines; tamen non inuento, quia hi, quos video, cum more bestiarum viciant, inter bruta animalia connumerari merentur*: idem etiam, cum agnovisset optimum Lacedaemonum regnum, et republicae eorum praeclearam institutionem, dicebat: *Solae Laecnae viros pariant*: quam egregiam sententiam Deus ipse per Isaiam (c. 59) praemisit, dicens: *Vidi, quia non est vir*. Ad haec, vir (ut docet d. Gregorius) a virtute dicitur, prout idem est *fortis*, quod vir; et ideo ubi nostra Vulgata verit: *Confortare, et esto robustus*: hebraicum originale legit: *Confortare, et esto vir*. Ut ergo evangelista Iosephi excellentiam commendaret, ritum vocal illum, et non maritum, licet aliqui legitimum coniux eius esset. *Iustum* deinde eandem praedicat. *Cum esset iustus*, in quo mira latent Iosephi praecordia: Aristoteles (5. Eth.), Macrobinus (in *somm. Scrip.*), et s. Thomas (2. 2), iustitiam bifariam accipi docere: primo pro virtute specialis iustitiae, cuius munus est, reddere unicuique quod sum est; secundo pro rectitudine animi, quae ex omni virtutum aggregatione coalescit; et in hoc sensu dixit beatus Matthaeus (c. 1): *Cum esset iustus, noluit eam traducere*: sacra eloquia, ut in plurimum, commendant specialem aliquam virtutem in sanctis, quae in eis magis effulsit: simplicitatem animi in Noe, obedientiam in Abraham, patientiam in Iob, orationem in Iosue, fortitudinem in Samson, castitatem in Ioseph, mansuetudinem in David, constantiam in Machabeis, fidem in Petro, amorem in Ioanne, vitam contemplativam in Magdalena, activam in Martha: ac tandem de singulis confessoribus canit Ecclesia: *Non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi*; quia singuli specialia aliqua virtute flourerunt: at cum noster Ioseph omni virtutum genere praefulgeret, a iustitia, et rectitudine animi, quae omnes illas complectitur, illum laudat evangelista dicens (Matth. 1): *Ioseph vir eius, cum esset iustus*. Certe vulgari sermone idem pollet iustum, quod aequale, quae acceptio iustitiae satis consentanea esse perhibetur, cum proprium illius sit, facere aequalitatem rei ad rem; unde, cum illud dicatur alteri aequale, quod nec plus, nec minus illo habet; nihil aliud erit esse iustum, quam ita regulae rationis, ac divinae legi adaequari, ut nec per defectum, nec per excessum ab ea deflectat. Quia igitur divus Ioseph divinae voluntati obsequentissimus semper extitit, et divinae legis regulae toto tempore vitae suae adamussim se conformavit, ideo etiam merito evangelista illum *iustum* vocavit. Illud discrimen interest inter eum, qui iustus calcis instar nobilium, et eum, qui amplius, et lassius instar rusticorum incedit, quod ille, si minimus scrupulus calcis subintret, anxiat, et premittit; ille vero, cuius calcis lati sunt, etiamsi terra, aut palea ingrediatur, nec minimo dolore afficitur; non secus vir iustus, quia arctam habet conscientiam, quicumque etiam venialis peccati scrupulus illam angit; peccator vero, qui latam illam habet, etiamsi terrent affectus, graviaque peccata illam subintrent, nihil illi

facit. Erat igitur noster Ioseph vir iustus a deo, ut nihil terrenum in mundissimum eius animum ingrederetur, sed in dies in iustitia magis, ac magis crescebat, ne a nomine Iosephi, quod incrementum significat, degeneraret; quod si quidquam levissimi pulveris subintraret, confestim illum excutiebatur. Unde admissum ad illud Apoc. (c. 12) respiciens: *Qui iustus est, iustificetur adhuc*, in eo semper singularissimam curam impendebat, ut ad anteriora se extendens, continuum virtutum incrementum susceperet, quod proprium est viri perfecti, ut praecclare docuit D. Bernardus (in *epist. ad Abb. Gor. Alp.*), dum exponens gradus illius scalae, quam vidit Iacob, pariterque elucidans, cur angeli in ea scala semper viderentur ascendentes, vel descendentes, nunquam tamen quiescentes, in hunc modum pie, et eleganter loquitur: *Nunquam vir iustus arbitratur se comprehensisse; nunquam dicit: satis est; sed semper esurit, sicutque iustitiam, ita ut si semper viveret, semper, quantum in se est, iustior se contenderet, semper de bono in melius proficere conaretur: non enim ad annum, vel ad tempus, instat mercenarii, sed in aeternum divino se vincit famulatus; audit denique vocem iusti: In aeternum non obtineat iustificationes tuas, et rursus: Inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum; et post pauca pulchra haec subiungit: Itaque indefessum proficendi studium, et iugis conatus ad perfectionem perfectior reputatur; quod si studere perfectioni, et velle semper proficere, est perfectum esse, profecto nolle proficere, defecere est. Ubi ergo sunt, qui dicere solent: sufficit nobis, non sumus esse meliores, quam patres nostri? O monache, non vis proficere? non, inquit. Vis ergo defecere? nequaquam, ait: quid ergo? manere, inquit, volo in eo, in quo persevero, nec peior fieri patior, nec melior cupio. Hec vis, quod esse non potest. Vidit scalam Iacob, et in scala angelos, ubi nullus residens, nullusque subsistens apparuit, sed vel ascendere, vel descendere videbantur universi; quatenus palam daretur intelligi, inter profectum, et defectum in hoc statu mortalis vitae nihil medium inveniri, sed quomodo ipsum corpus nostrum continere, aut crescere constat, aut decrescere, sic necesse sit et spiritum, aut proficere semper, aut defecere; hactenus divus Bernardus. Tandem id mihi palam facit eximiam d. Iosephi iustitiam, et sanctitatem, quod, cum navis aliqua pretiosissima mercibus plena, in altum tendit mare, quaeri solet id praestare non potest; ita cum Maria esset quasi navis institoris, de longe portans panem suum, coelestium charismatum mercibus onusta, ac variis gratiarum praerogativis locupletissima, solus Ioseph inventus est, qui pretiosissima eius honoris et famae merces asscuraret, quod tanquam divinis numeribus distissimus, perfecte adeo praestitit, ut etiam Sponsam, quam nunquam legerat, gravidam observans, eius honori consensens, minime accusaret, Matthaeo dicente (c. 1): *Cum esset iustus, noluit eam traducere*: quid plura? hoc unum enim in modum extollit, quod rationi consentaneum putaverim,*

si Christus naturalem aliquem humanum patrem, ut revera potuisset, habiturus esset in terris, non alium eligisse, quam Iosephum, quem in patrem legalem elegit, atque adeo cisdem divinis charismatibus illum exornasse, quibus naturalem patrem emulasset; maxime cum recte Dominus agnosceret, non minori paterno affectu Iosephum illum fore prosecutum, quam si naturalis eius pater in terris extitisset. *Iustum* igitur per anthonomasiam illum fecit, qui *iustus* est per essentiam, Iesus, filius Mariae, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA X.

Ostenditur ex sanctorum Patrum doctrina, et valentissimis rationibus, d. Iosephum, cum beatam Virginem praegnantem dimittere voluit, vel magnum quid, vel saltem nihil sinistrum, aut turpe de ea sibi persuasisse; cuius occasione permulta valde utilia contra temeraria iudicia traduntur.

Scio quidem gravissimos quosdam Patres in eam abuisse sententiam, ut putarent, Iosephum vere dubitasse de Virginis castitate, immo, et iudicasse adulteri ream esse, valdeque exercitium fuisse, quod illam sic intueretur gravidam, quam certissime sciebat se, ne mente quidem, attigisse; fuisse tamen magnae instillatae opus patientiam illatam vel inicitiam tulisse absque revelatione, et accusatione. Hi sunt in primis d. Augustinus, qui scribens ad Macedonium (epi. 54. tom. 2.) ait: *Ioseph, cui Virgo Maria, Domini Mater, fuerat desponsata, cum eam comperisset esse praegnantem, cui se noverat non esse commixtum, et ob hoc, nihil aliud, quam adulteram credidisset, puniri tamen eam noluit; nec approbator flagiti fuit. Idem (serm. 14. tom. 10.) de natali Domini: Nescit, inquit, interea Ioseph Mariae sponsus, quid cum Maria ageret angelus, subitoque Ioseph intuitu familiaritatis, et licentia maritali aspexit Mariam coniugem suam; vidit eam gressibus gravari, intellexit Mariae uterum gravidari, turbatur Ioseph, homo iustus, quod Mariam nunquam de templo Domini acceperat, et nondum cognoverat, et gravidam sentiebat, et quam non meruerat in coniugii honorem, iam haberet in confusionem, secumque diu disputat, dicens: unde hoc contigit, quod evenit? non cognovi, non noxi, non tetigi, non violavi, non gravidavi; heu, heu, quid contigit? etc. quid ergo faciam? quid agam? anxiior, gemo, curro, consilium quaero, nec penitus inuento; prodo adulterium, aut taceo opprobrium? si prodidero, adulterio quidem non consentio, sed naevum crudelitatis incurro: quia secundum libri Moysis sententiam lapidandam esse cognosco; si taceo malum, consentio, et cum adulteris portionem meam pono. Quoniam ergo tacere malum, adulterium prodere peius est, non per me fiat homicidium, dimittam eam coniugio: haec ille, qui similia tradit (homil. 16. de verb. Dom.). Subscribit eidem sententiae*

Iustinus martyr (in dialogo suo cum Triphone) dicens: *Iosephus etiam is, qui Mariae sponsus erat, cum vellet sponsum suam principio eicere, quod eam ex viro gravidatam esse existimaret, idest ex stupro, in visum, et somno ei praecipuum est, ne nocorem suam repudiaret, cum ei dixisset angelus, qui se ei patefecerat, ex Spiritu sancto esse id, quod in utero haberet. Adde d. Ambrosium (de instit. virg. cap. 5.) dicentem: *Quid praedicat Mariae, si coelestis consilii mysterium Ioseph non intelligit, et putavit, virginem non esse, quia praegnantem viderat? Ac tandem, ne in referendis Patrum testimoniis nullus sim, eandem amplexi sum sententiam Hilarius (Cant. 1. in Matth.), Chrysostomus (ho. 4. in Matth. tom. 2.), Euthymius, Theophylactus (in c. 2. Matth.), et Nicephorus (lib. 1. cap. 8. ibid. auct. imperf.); cuius duo habentur magui momenti fundamenta in sacra Scriptura, quorum primum desumitur ex verbis illis: *Quam esset vir iustus, et nollet eam traducere, ubi in Graeco verbum traducere significat exemplificare, vel in exemplum ponere; quem lectionem secutus Augustinus (epist. ad Paul.) verit, et nollet eam exemplare; et (epist. ad Maced.) legit: et nollet eam divulgare; quod latine eleganter translulit vulgatus Interpres: et nollet eam traducere, hoc est, in populi fabulam, aut publicam vulgi sermonem offerre; s. Chrysostomus tradere: Hilarius autem interpretatur, idem esse traducere, quod legere exemplar edere in aliquem, per quod iuste debet condemnari: sed et Theophylactus exponit, idem esse traducere, quod malfestare, seu punire erimen, hancque esse vim huius verbi, non obscure indicant verba Ilii Sapientis (c. 4): Traducunt impios ad aduerso iniquitates ipsorum: quibus consonant modus loquendi d. Pauli, dum (ad Colos. 2.) ait: Christum Dominum traduxisse confidenter principatus, et potestates; quae omnia confirmantur ex sequentibus verbis: *Cum nollet eam traducere, sed occulte dimittere*: unum enim alteri opponitur. Secundum fundamentum desumitur ex verbis angeli dicentis Iosepho (Matth. 1): *Noli timere, accipere Mariam coniugem tuam*: quibus verbis aperte videtur intensus angelus, quietum, ac pacatum illum reddere, ne adulterium suspicaretur: ad id enim indicavit ei, eam de Spiritu sancto conceipisse. Denique duplex optulatur huic sententiae ratio congruentiae. Prima, quod, quemadmodum Deus permisit dubitationem b. Thomae apostoli de Christi resurrectione dubitantis, dubitationisque vulnera curavit, certissimamque de tanto mysterio non reddidit simili ratione oportebat, Deum permittere Iosephum de castitate b. Virginis dubitare, ut sic omnino certus non redderet, tum de Matris virginitate, tum de Christi per Spiritum sanctum facta conceptione. Secunda, ut exemplo suo iustus Ioseph, quomodo coniugali homines, quibus uxoris adulterae misera sors contingit, pie, ac prudenter se habere debeant, doceret: ita sentit d. August. (ser. 16. de verb. Dom. cap. 7. in princ. tom. 10) dicens: *Si solus nosti quia aliquis peccavit in te, et eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor: attende, quemadmodum****